

2407

## C O D I C E S

2408

147. Absque Inscriptione. Initium: *Circulum solis habes* &c. f. 110.
148. Absque Inscriptione. Initium: *In serena luce bec uerba uidi* &c. f. 110. p. 2.
149. Absque Inscriptione. Initium: *Uideo te in aliqua mobilitate* &c. f. 111. p. 2.
150. Absque Inscriptione. Initium: *Aspiciens in uera uisione* &c. f. 112.
151. *Episcopo G. de Halberstath.* f. 112. p. 2.
152. Absque Inscriptione. Initium: *In uero lumine uidi et audiui* &c. f. 113.
153. Absque Inscriptione. Initium: *Lux uiuens dicit. Te uiro* &c. f. 113.
154. Absque Inscriptione. Initium: *In orto in quo nunc es* &c. f. 113. p. 2.
155. Absque Inscriptione. Initium: *In uero lumine bec*
- uerba audiui* &c. f. 113. p. 2.
156. Absque Inscriptione. Initium: *Et iterum sub altare* &c. f. 115.
157. Absque Inscriptione. Initium: *In sereno lumine uidi* &c. f. 115. p. 2.
158. Absque Inscriptione. Initium: *In uero lumine audiui uocem* &c. f. 116.
159. *Berhtolfo abbati de Zuuieldun.* f. 116. p. 2.
160. *Manegoldo abbati de birsaugia.* Sed erasum. Initium: *O tu persona fuge.* &c. f. 117.
161. *Eberoldo sacerdoti.* f. 117.
162. *Eberbardo bambergensi episcopo.* f. 117. p. 2.
163. *Gervvino abbati.* f. 118.
164. *Manegoldo abbati de birsaugia.* f. 118.
165. *A. comitisse ratisbonensis ciuitatis.* f. 119.
166. *Reginberto sacerdoti.* f. 119.

## DCXXX.

Extat *Liber Epistolarum Hildegardis* editus Colon. 1566. a *Iusto Blanckvualt* 4. Insunt ei ex *Epistolis* hic adlatis NN. 2. 3. 4. 5. 13. 15. 21. 39. 43. 51. 52. 53. 59. 65. 124. et 131. Igitur *Codex* noster *Epistolas* CL. *auendores* continet, mystici plerasque argumenti, et quarum multas, praecipue, quae *Inscriptionibus* carent, brevia potius *Monita* in chartam coniecta dixeris.

Codex membraneus lat. Sec. 382 XIII. Folior. 121. 4. per duas columnas luculente scriptus, rubricisque distinctus, et olim *ecclesie Sancte Marie uirginis in Romerstorph* continet *Hildegardis* Magistrae Coenobii Virginum *S. Roberti in Pingis* f. ad *Bingiam* in dioec. *Mogunt.* de qua jam ad *Codd.* duos praeced. totidemque seq. dictum est, *Librum Vite*

*Vite meritorum*, opus ἀνεκδοτον, cujus tamen meminit *Tribemius de Scriptt. eccl. n. 405.* et *Matthaeus Westmonast. in Florib. Hist. ad an. 1292. Francof. 1601. p. 417. f.* Medium tenet illud inter *Librum Scivias*, quem dedit anno aetatis 43. et *Librum divinorum operum*, quem anno aet. 65. scribere adgressa est; ita enim in *Praef.* loquitur: *Igitur in sexagesimo primo etatis mee anno qui est millesimus. centesimus. quinquagesimus octauus dominice incarnationis annus. sub pressura apostolice sedis. regnante friderico romanorum imperatore. audiui uocem de celo — Et ego testimonio hominis illius quem ut in prioribus uisionibus prefata sum, occulte quesieram et inueneram. et testimonio cuiusdam puellae mihi assistentis manus ad scribendum posui &c.* Constat tota *Traetatio VI. Partibus praemisso singulis Capitum Indice. Dabo Singulorum initia. Pars I. Capp. 124. Incipit prima pars libri uite meritorum. Et uidi uirum tante proceritatis quod a summitate nubium celi usque in abissum pertingebat &c. Pars II. Capp. 85. Incipit secunda pars de uiro ad occidentem et ad septentrionem aspiciente. Et uidi quod predictus uir ad occidentem se conuertit &c. Pars III. Capp. 84. Incipit tertia pars libri de uiro ad septentrionem et ad orientem aspiciente. Et uidi quod predictus uir ad septentrionem se uertebat &c. Pars IV. Capp. 70. Incipit quarta pars de uiro ad austrum et ad occiden-*

*tem aspiciente. Vidi quoque quod prefatus uir ad austrum se conuertit &c. Pars V. Capp. 86. Incipit quinta pars libri de uiro per totum orbem prospiciente. Et uidi quod predictus uir per totum orbem terrarum prospiciebat &c. Pars VI. Capp. 45. Incipit liber sextus de uiro cum quatuor plagis terre se mouente. Deinde uidi quod idem uir quasi se totum cum quatuor plagis terre mouebat &c. Finit totus Liber: Hec de uiua uoce uiuentis et indeficientis lucis prolata et dicta sunt et fidelia sunt. et fidelis hys attendat. et ea in memoriam bone scientie componat. Visiones ejusmodi, quamquam bona fruge refertae, non sunt ad aevi nostri palatum. Interim quanti facta sit aeuo suo *Hildegardis*, et apud *Matthaeum Westmonast. cit.* et e *Cronico Alberici ad an. 1141. discas*, cujus locum recitat *Fabricius Bibl. med. Lat. L. VIII. p. 260.**

II. fol. 108. p. 2. *Responsiones beate Hildegardis super quaestiones.* Miserat has numero XXXVIII. *Quaestiones ad eam Wibertus Gemblucensis* monachus maximam partem de difficilioribus Scripturae locis. *Epistola* ejus et *Hildegardis Responsum* absunt a nostro Codice, qui ceterum consonat Editioni *Epistolarum Hildegardis Colon. 1566. 4.* cujus p. 206. *Quaestiones et Responsiones nostrae* leguntur. Prima incipit: *Quomodo intelligendum est, quod legitur. Qui uiuit in eternum &c. Et Respon-*

2411

## C O D I C E S

2412

io: *Omnipotens deus qui sine initio &c. Finis Resp. ult. sicut etiam homines signa firmamenti inspiciunt.*

III. fol. 116. Fragmenta quaedam *Libri Epistolarum Hildegardis. Prima* integra Epistola inscribitur: *Ad clericos sacerdotalis officii bildigardis*, et incipit: *Uox uiuentium alarum dicit. O qui estis sustentatio lapidum et cingulum membrorum diuersorum hominum.* Haec non habetur in Editis, nec, ut putem, in Collectione Cod. praecedentt. indicata. *Alter*a est ad *Bernardum Claraevall.* hoc initio: *O uenerabilis pater. B. qui mirabiliter in magnis honoribus &c.* et extat in Edit. p. 70. *Tertia* inscripta: *Hildigardis ad congregationem puellarum suarum*, incipit: *Dominus dicit filiabus suis. In antiquo tempore spiritus sanctus &c.* Inedita, ut videtur. *Quarta: Guntero spirensi episcopo Hildigardis.* Initium: *Lux summe inspirationis &c.* In Edit. p. 41.

## DCXXXI.

439 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 37. 4. currente calamo scriptus et rubricis enotatus hoc titulo gaudet: *Incipit prophetia beate Hildegardis.* Initium facit Epistola *Gebenonis* Prioris in *Eberbach*, qui hic *Genenus* scribitur, ad *Remundum scolasticum* et *Reinberum Canonicos S. Stephani in Maguntia* jam Codd. praecedd. indicata, cum *Prologo*, et *Admonitione* prout

Cod. DCXXVIII. His succedit Epistola *Pbilippi Decani et Cleri Colon.* ad *Hildegardem* cum hujus *Responso*, et alia *Gebenonis* Epistola ad *Filias S. Hildegardis*, de quibus jam Cod. DCXV. actum est. Tunc demum varia sequuntur e *Revelationibus Hildegardis* Excerpta, quae incipiunt a L. III. *Visione* 11. quae in Edit. *Colon.* 1628. legitur p. 152. f. *Vidi ad aquilonem et ecce ibi quinque Bestie stabant &c.* Ad calcem adtextae sunt *Prophetiae* II. Prima de *Mendicantibus* a *Bzouio* ad an. 1415. producta, sed a *Bollandianis* inter genuina *Hildegardis* Volumina in *Coenobio Bingen* non reperta, ut ipsi T. I. *Martii* p. 667. testantur. Repraesentavit eam tamen *Fabricius* L. VIII. *Bibl. med. Lat.* sed a nostro *Exemplo* satis abludentem. Ita, quae adscribam, mox sub principium nesciit ille. *Fortes et sani a laboribus cessabunt et uacabunt otio assumentes potius ordinem mendicandi. Studebunt omnes nimium qualiter doctoribus veritatis peruersè resistant &c.* Ad calcem legitur: *Et floruit beata Hildegardis cuius est hec prophetia et sequens ante inceptionem ordinum mendicantium per LII. annos. Nam ipsa floruit sub anno domini M. C. XLVI. Ordo vero mendicantium anno domini M. C. XCVIII. sicut in Martiniana habetur cronica. Non plane ita; Hildegardis enim a. 1178. obiit. Altera porro Prophetia inscripta est: De ablatione temporalium a Clero, et incipit: Quam*